



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocausti Sev Affectus Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Praxis Hebdomadaria Ad Præparationes & Gratiarum actiones, quæ
sacrum Missæ sacrificium præcedunt, & subsequuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

PRAXIS
HEBDOMADARIA

A D

PRÆPARATIONES
& Gratiarum actio-
nes, quæ sacrum
Missæ sacrificium
præcedunt, & sub-
sequuntur.

*Atque in primis de di-
rectione intentionis.*

DE ea sic D. Bo-
naventura de
Præparatio-
ne ad Missam
cap. 8. Homo Dei, di-
rige

C

3

rige

rige vota tua, & desideria ad Deum, & vide quibus affectionibus, & desiderijs trahi debeas ad sacra mysteria celebranda. Primò te trahet conscientia, & remorsus delictorum, sperans per eum quasi per hostiam oblationis ab omni peccato purgari.

Secundò tuæ infirmitatis intuitus, & cōsideratio, vt eum quasi medicinam ad te voces, per quam ab omni infirmitate cureris.

Tertiò pressura aliquius

cuius

Hebdomadaria. 55

cuius tribulationis, vt
per eum, qui omnia
potest, ab omni aduer-
sitate citius libereris,
& protegaris.

Quartò, desiderium
alicuius gratiæ, vel spi-
ritualis beneficij impe-
trandi, vt per eum, cui
Pater nihil negare po-
test, obtineas.

Quintò, gratiarum
actio pro omnibus be-
nificijs temporalibus,
& spiritualibus, tibi, &
alijs impensis, cum ni-
hil habeamus Deo re-
tribuere pro omnibus,
quæ retribuit nobis a-
liud,

liud, quàm calicem salutaris accipere, & sacrificare hostiam laudis, id est Iesum Christum.

Sextò, caritas, & cõpassio proximorum cum pro salute viuorum, & requie defunctorum, nihil efficacius interpellet, quàm Christi sanguis effusus in remissionem peccatorum.

Septimò, laus Dei, & Sanctorum, cum nihil habeamus, quo possimus Deum, & Sanctos pro sua dignitate lau-

lau-

Hebdomadaria. 57

laudare, quàm Christū
sacramentaliter Deo
Patri offerre, & immo-
lare.

Octauò, Dei amor,
& dilectio, vt eum in-
uites ad te, ac per inui-
scerationem spiritualis
refectionis, in te ipso
eum delectabiliter am-
plexeris.

Nonò sitis, & desi-
derium augendæ gra-
tiæ, quia hoc sacramen-
tum fontem continet
gratiarum, & sanctifi-
cationum, & auctorem
continet salutis, Do-
minum nostrum Iesum

C 5

Christi

Christum. Ideò dicitur
Eucharistia, idest bona
gratia. Cætera verò sa-
cramēta fluenta sunt,
& riuuli gratiarum,
quibus sanctificamur.

Decimò ardor, & su-
spirium, quo totis vi-
sceribus virtute huius
excessiuæ caritatis, &
dulcissimæ refectionis
cupias sanctificari ab
omni inquinamento
carnis, & spiritus, &
eripi ab omnibus peri-
culis, & tentationibus:
ac inseparabiliter vni-
ri Christo Saluatori, &
conseruari in suo amo-
re.

Hebdomadaria. 59

re. Vnde inquit Christus: Pater, quos dedisti mihi volo, vt vbi ego sum, illi sint mecum, vt sint vnū sicut nos vnū sumus, ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum.

Ex his omnibus ad faciliorem vsū Sacerdotis formulam hanc conscripsi, quam siue integram, siue in partes distributam, siue in pauciora verba contractam pro commo-
do recitare possit.

C 6 DI